





1. Michaelis / Joh. Georg. / diff. de viro stante
inter Myrtos, Halle 1739.
2. Moller / Christoph Gottf. / diff. de Genuina
vorum xarakter et ypostasi notione,
Lippie 1738.
3. Mosheim / Joh. Laurf. / diff. de Jesu Christo
vindice dogmatis de mortuorum ad
vitam reditu, Helmst. 1740.
4. Müller / Gottfr. Ern / diff. de papolatricia.
Lippie 1726.
5. Müller / phil. / diff. de jure Dei in Homines,
jena ~~1667~~
1701.
6. diff. de regno Israelii restauran.,
do, jena 1704.
7. crocodilus lachrimans, jena 1733.
8. diff. de Jesu Christo de andropo, jena
1704.
9. ... / Cusp. Gottfr. / diff. de gloria
... mundi jena 1661.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22



m. 9
כבוד הבית שני

ſeu

DISSERTATIO PHILOLOGICO-
THEOLOGICA

DE

GLORIA TEMPLI
SECUNDI

In qua ex Hagg. II, 10.

Orthodoxa ſententia proponitur & ſtabilitur, & præcipue
à R. LIPMANNI & R. ABARBENELIS depravationibus libera-
tur, erroneæ autem Judæorum rejicitur,

per

CASPAREM GOTTFRIDUM MUNDINUM,

SS. Theol. Stud. Stet. Pom.

Anno M DC LXI.

J E N Æ,

Typis PAVLI EHRICHII. 1719.



ILLUSTRISSIMO ET CEL-
SISSIMO

DN. CAROLO GUSTAVO
VVRANGELL

Sacrae Reg. M^{tis}. Regnorumq; Sveciae
Senatori & Architalasso, Supremo Pomeraniae Gu-
bernatori & Judici Provinciali Uplandiae, Comiti in Salmis,
Libero Baroni in Lindenbergh & Lüdenhof, Dynasta
in Schoogkloster, Bremervehrde Wrangels-
burg, Spicker & Rostorp.

DOMINO meo Clementissimo

Nec non

Illustri, Generosus, Magnificis & Nobilissimis

DOMINIS

Legato & Praefidi, Cancellario, cae-
terisq; Regii Regiminis per Pomeraniam Con-
siliariis gravissimis

*Dominis ac Promotoribus meis
benignissimis.*

Scitum

SCitum non minus quam verum est, quod Ebrao-
rum Doctores de veritate & mendacio annotarunt;
*Veritas duos habet pedes, sed mendacium saltem unum, &
consistere non potest:* אמת Iplis veritatem קרש vero
Mendacium notat: אמת veritas tribus consistit li-
teris, quorum unaquæque duos videtur pedes habe-
re, mendacium קרש etiam totidem literis conspicitur,
sed quarum una plane nullis, reliquæ vero unico sal-
tem fruuntur. Indigitare voluerunt, Veritatem per
se subsistere, nec opus fulcro habere, sed sibi ipsi Ba-
sis esse & seipsâ fulciri, Mendacium è contra per se
corruere. Verum quidem est Rabbiorum hocce
effatum, ast non probè ejus sunt memores. Si enim
hujus recordarentur, non certè talia quæ spontæ sua
corrunt, statuerent. Non de omnibus Rabbinis nec
eorum scriptis in universum hæc assero; (debetur e-
nim ipsis honor, quem D. Augustinus illis inscribit,
quod ad legendum & scrutandum paratissimi sint;) sed
saltem de iis qui Spiritu vertiginis agitati, Redempto-
ri nostro gloriam debitam invident, & propterea loca
sacra invertunt, pervertunt. Accidit hoc inter cæ-
tera circa *Hagg. C. II. v. 10.* quod mirum in modum
ab illis, præcipue R. Lipmanno & R. Abarbenele,
Rabbiorum recentioribus, laceratur, commaculatur.
Sed veritas consistit duobus pedibus, Falsitas vero Rab-
biorum per se corruit. Minantur quidem prædicti
Magistri gloriæ Jesu Christi ex dicto isto ruinam, sed
fulmen ex pelvi. Accidit ipsis quod serpentibus (ut
Avicenna refert,) lucernam vitro inclusam aculeis fru-
stra petentibus, contingere solet; quamvis enim vi-
trum

trum spiculis venenatis feriant, nil tamen vitro nocent, nec candela splendorem (quem ferre nequeunt,) extinguere possunt. Lucet gloria nostri Salvatoris in Chrystallo purissimo splendidissimoque Verbi Dei, petunt quidem illud Judæi cavillis virulentissimis, nil autem proficiunt, sed potius occasio sunt, ut eò magis luceat, oculosque eorum perstringat, & eos malæ causæ reos agat. Stetisset quidem veritas ista suo talo & basi etiam me non monente, sed ut & ego in Veritate magis confirmarer, Veritatem *Gloria Haggaana* scrutari libuit. Tibi illustrissime & Celsissime Domine, qui Veritatem armis & consiliis fortissime invictissimeque tutatus es, nec vitæ & incolumitati propriæ oblivisci, dubitasti: Et Tibi illustris Dn. Legate & Præses, qui Olivæ dies noctesq; ut pace restituta ab oppugnatoribus Veritatis Patria liberarerer, insudasti; Vobisque Generosi Magnifici Dn. Cancellarie & Consilarii Regii Regiminis per Pomeraniam, Gravisissimi, Veritatis Amantissimi, tentamen hocce vile inscribendum erat, imo *Pietas* inscribere jusfit. Suscipite itaque, quod vestrum esse voluit, & quod humillima cum Reverentia.

Tua Illustrissima Celsitudini

TIBI ILLUSTRIS DN. LEGATE ET PRÆSES,
VOBISQUE, GENEROSI MAGNIFICI
ET NOBILISSIMI DOMINI

offert

CASPAR GOTTFRID MUNDINUS,
SS. Theol. Stud.



Q. D. B. V.

§. I.



Volent Judæi Christianis exprobare, eos in explicandis vaticiniis V. T. in idu- nite intentos esse, ut ea Salvatori suo ad- scribant, quod & R. Lipmannus ad C. Ef. LIII, 8. facit, *qui totum contextum reclama- re, nec de Messia nostro interpretandum esse, clamat.* Idem accidit circa locum Hagg.

II, vers. 10. ubi in modum Christianos per gloriam tem- pli secundi præsentiam Messiaæ nostri intelligentes, exagitant, & in alienas, imò sibi ipsis contrarias sententias prolabantur. Textum hunc à pravis illorum præcipuè *Lipmanni* & Abarbene- lis glossematibus, quantum Deus concesserit, vindicabo.

§. II. Et quidem primo loco videndum est, quid per glo- riam templi secundi nostrates intelligant? Statuunt autem glo- riam illam nihil aliud esse quam præsentiam Messiaæ nostri Do- mini Jesu Christi. Testimonia adducere supervacaneum est, mi- litat pro nobis textus ipse, ubi dicitur: **וּבָאוּ חַמְרָה כָּל־הַגּוֹיִם** *Et veniet desiderium omnium gentium.* Statuit ergo Propheta gloriam hujus templi consistere in adventu desiderii omnium gentium, quod certè prædicatum nulli subjecto com- petere potest, quam unicè Messiaæ solus **כָּל־מַחְמָרִים** *Totus ipse desideria seu desideratissimus est.* Cant. V, 16.

§. III. Hic nobis contrariatur R. D. *Kimchi* qui hanc nostram expositionem vituperat, sic enim in פ' ad h. l. notat **וּבָאוּ חַמְרָה כָּל־הַגּוֹיִם פִּי כָּל־גּוֹיִם** *וְשָׂרְעִישׁ מִמְּקוֹמָם וּבָאוּ בַחֲמַת כָּל־הַגּוֹיִם לְלוֹמַר וּבָאוּ כוּדִים*

כידים כל דכרי חמודות שימצאו בארצם בכלי כסף
 זוהב זכנרים ואכנרת וכו' חמרת כל
 : הגוים i. c. תו זכא Ita explicatur: Omnes gen-
 tes quas commovebo è loco suo venient cum desiderio omnium
 gentium; q. d. afferent manibus suis omnes res desiderabiles,
 quas invenient in terrâ suâ in vasis argenteis, aureis, vestimen-
 tis, & lapidibus pretiosis.

§. IV. Sed hic פירוש Kimchii non quadrat huc, nam
 Ellipsis præfixi כ quam Rabbi hic præsupponit, locum non
 habet. Et inconueniens imò contortum תו ad præce-
 dens הגוים referre. Neque verbum כאן pluribus com-
 petit, חמרת vero uni. Horum exemplorum enim varia
 in sacro Idiōmate inveniuntur. Sape duo substantiva inter se
 constructa conjunguntur, ubi verbum quandoque respondet
 posteriori recto, cum deberet convenire regenti. Circa hæc
 Confuli possunt de LL. Orientalibus meritissimi D. Job. Bux-
 torff. in Tb. Gram. L. H. c. X. p. m. 429. Reg. VI. qui VIII. exem-
 pla hujus farinae adducit. Dn. Paul. Slervogth, & Dn. Theodor.
 Hacsp. in utriusq. super Ebr. Synt. præf. Acad. Sufficiat tria
 exempla ad duxisse. Gen. IV, vers. 10. קול רמי אדוך ציעקים : אלי
 : vox sanguinum fratris tui clamant ad me; pro
 צועק ומספר שנים נצפנו Et nu-
 merus annorum absconduntur pro ניצפן absconditur Es. c.
 XXXII. יוריעו חכמה רוב שנים Multitudo annorum
 notam faciunt sapientiam: pro, יריע Notam facit. Hæc
 exempla adduxi ad probationem verbi כאן: Ut ut enim est
 plurale, singulariter tamen est efferendum, quia convenit cum
 recto כל דגויים in constructione, cum regente verò חמרת
 in sensu. Et sicut se habet participium plurale צועקים ad sin-
 gulare קול; it: תו נצפנו ad מספר & יוריעו ad רוב Ita
 quoque se habet כאן ad promissum חמרת. Et Leo Ebraeus
 ut Riebera testatur sic exponit: Et veniet qui desideratur ab o-
 mnibus gentibus. Idiotismus iste nec in latina lingua ignotus
 est. Terent: in Phor: inquit. Paupertas mihi onus visum est.
 Cicero; Omnia Pontus erat, & similia.

§. V.

§. V. Suffragantur nobis Eberinorum Magistri, qui Prophetiam hanc de Messia mox excidium templi prioris venturo, explicarunt. In Masseches סנהדרין Cap. Chelek. hæc super illa leguntur. R. Akibba exponebat: *Adbuc unum modicum est, & ego commovebo Cælum & terram & adducam desiderium, cunctarum gentium De diebus Messia & de Rege Messia & de tempore, quod fuit post destructionem domus prioris.* Alia expositio *Adbuc unum modicum est: Modicum scil. Regni Israel post destructionem domus prioris. Et post illud Regnum, ecce ego commovebo Cælum & terram & aridam & omnes gentes & postea veniet Messias.* Calculum suum addit Malachias C. III, ס' ג' ח' אג' Haggai, qui ad templum secundum venturum nominat מלאך הברית Angelum fæderis, quem Angelum fæderis Messiam esse, nemo fere (quod sciam) Ebræorum inficiatur. Abarbenel quidem varia effugia quærit, sed tandem sententiæ nostræ subscribit, diserte enim fol. 76. Maschmiab Iesbua inquit: אפרש מפרש הארון על מלך המשיח: Vox ארון etiam de Messia exponi potest. Et quod Abarbenel invitus, id fatetur aperte R. D. Kimchi qui sic commentatur: הוא מלך המשיח הוא מלאך הברית: Dominus designat Messiam qui & ipse Angelus fæderis est. R. Salomo quanquam ad Psal. XXI. de Davide explicet, tamen fatetur Dd. eorum de Messia hanc Malach. prophetiam exponere: רבותינו דרשוהו על המשיח: Dd. nostri, inquit, de Messia explicarunt.

§. VI. Verum elabi nequeunt Judæi: fatentur enim, & quidem inviti, Messiam debere etiam ante destructionem domus secundæ advenire, illamque hæc suâ præsentia vel gloriâ (uti textus insinuat) implere, quod etiam antiquiores, modernis maxime frequentibus, iubentissime concessere R. Moses Hardarschan, Verba alia Es. LXVI, 7. *Antequam parturiret peperit, antequam veniret dolor ei, peperit Masculum; sic exponit: Antequam nascatur qui Israellem in summam Servitutem redigat, Redemptor nascetur.* Adde Jonathanem, (magnum Hillelis discipulum) dissentientem. *Christum revelari debere ante dolores parturientis.* Et certum est non solum R. Mosen Tyrolensem hoc ex

textu nostro, sed etiam reliquum Vulgus, *Messiam* circa secundū
 templi finem constanter expectare. Unde in רבית רבא
 Apologus quidam habetur, qui quanquam solidi nihil in se
 habeat, non tamen omnimode rejiciendus videtur, præsertim
 cum *αὐτὸς ἀπολογεῖται* saltem demonstrari possit, Messiam ante de-
 structionem templi secundū Rabbinos cum recutitorum plebe
 expectasse, imò tempus Adventus ejusdem præstò esse satis
 perspectum habuisse. Apologus ita habet: *Arabat quidem Ju-
 deus, hoc arante transibat Arabs, qui alterum ex bobus aranti-
 bus mugientem audit; Arabs bovem mugientem jubet solvi dicit-
 que templi ruinam instare; mox & alter mugit, quem quoque
 quam citissime jubet dimitti, Messiam enim jam advenisse cau-
 satus.*

§. VII. Sic propriâ conscientia convicti nesciunt quæ
 præfidia querere debeant, imo sibi ipsis contrarii sunt, dum hic
 statuit Messiam jam advenisse, alter vero nondum. Hinc D. D.
Lutherus de hoc loco Tom. VIII, Jen. fol. 74. ἐμφανῶς inquit:
 Dieser ist auch der Sprüche einer der den Jüden das gebrandte Herz
 heleid anthut/ sie versuchen/ drehen/ deuten und marnern fast alle
 Wort wie in dem Spruch Jacob Gen. XLIX. noch wills nicht helf-
 fen/ ihr Gewissen erblasset dafür/ und fühlet daß ihr Glosiren ein
 nichts ist. Qui verò statuunt Messiam advenisse, ne redempto-
 rem nostrum Messiam agnoscere cogantur, nugis sese tutari
 conantur. Dum enim Romæ eum sub porta inter leprosos &
 mendicantes latere, & adventum suum propter peccata Judæo-
 rum differre venditant, contra rationem & proprium effatum
 garrunt. Quis enim non insanum diceret Medicum illum, qui
 ægroto propterea, quia ægrotat, medicamenta denegare vel-
 let? Ipsimet Rabbini in Gemara Sanhedrin c. XI. quod incipit
 אמר ר' יוחנן אן בנא ברין כן דוד כל ישראל §. 23. inquit
 אלה ברין שכולו זכאי או ברין שכולו חייב:
*Dixit Rabbi Johannes, non venit Filius David (Messias) nisi aut
 seculo quod omni culpâ caret, aut eo quod universum Culpæ succum-
 bit.* Et in eadem Gemara Sanhedr. c. XI. hoc habetur
 אמר ר' חיייה בר אבא אמר ר' יוחנן כל הנכבאים לא
 : דימיה חיייה בר אבא אמר ר' יוחנן דימיה חיייה בר אבא
*Dixit Rabbi Chajjas Filius
 Abba.*

Abba verbis R. Johannis: Omnes Prophetæ non sunt vaticinati nisi de diebus Messia. Calculum huic addit D. Lutherus *quaxxi-*
ms, qui hunc Prophetarum morem esse inquit, quod post-
quam secure peccantes castigarunt ac vastitatem futuram præ-
dixerunt, tandem etiam de regno Christi vaticinati sint. vid. e-
jusd. Comment. Super C. II. Mich. vers. ult. in Tom. IV. Lat. Jen.
p. 451. Ex singulis Prophetarum libris probari id posset si neces-
sitas requireret *Conf. Es. C. VIII. 13. 14. Jer. c. XXIII. 5, 6. Ezech. C.*
XXXVI. 24. seqq. Daniel C. VII. 13. 14. Hof. C. I. 10. II. C. II. 19. 20.
C. III. 4. 5. Joël. C. II. 28. usq. ad finem Amos C. IX. v. II. &c. Ex quo
sic argumentor: Si omnes Prophetæ non nisi de diebus Messia
vaticinati sunt, utique etiam Haggæus noster (qui quoque pro
Propheta ab ipsis agnoscitur) de Messia vaticinatus est. Sed
prius negare nequeunt propter autoritatem Rabbiorum hoc
asserentium, quam rejicere nequeunt, Ergo etiam consequens
verum erit. Si itaque Haggæus de Messia est vaticinatus, locus
quoque noster de Messia est explicandus. Aut si hic non erit
ita exponendus, monstrant alium ex eo פּוֹסֵד qui vaticinium
de Messia continet, quod vix poterunt. Firmum itaque erit
& probatum *gloriam templi secundi* in Adventu Messia consistere,
illumque stante adhuc templo secundo Orbi exhibitum esse.
Parcius probationes adduxi, quia eas ex Theologis nostris præ-
suppono, quorum circulos jam non turbo.

§. VIII. Ne vero fateri cogantur nostrum Salvatorem
prædictum Messiam & ita gloriam hujus templi esse, miserri-
mè se torquent. Quidam eum nondum venisse statuunt. Hinc in
omnibus orationibus ingeminant & sæpius repetunt illud *וְיָ*
מָה *Quando, quamdiu, quam longè moratur, ut dicitur hoc*
fecerit apud suos Messias iste, quod si claudus esset, jam venire po-
tuisset Vid. *Manasse Ben Israel libro Spes Israelis p. 85.* Qui eum
jam venisse statuunt, in diversas dilabuntur sententias, aliqui e-
nim eum adhuc stante templo secundo venisse autumant. Aliqui
eum ut supra dictum, mendicum pauperem & ulcerosum sub
Porta Romæ sedere nugantur Unde R. *Josua filius Levi* in *Talmud*
dicit, se vidisse Messiam inter pauperes & mendicos ulcera sua (ri-
sum teneatis amici) pannis involventem. Alii eum in *Scythia*
ultra mare Caspium in locis remotissimis, delitescere somniant,
A 3 Alii,

Alii, in hac sunt opinione, Mesiam in Paradyso *capillis Eve alligatum detineri* idque ex *Can: VII, 5.* posse evinci contendunt *Vid. Buxtorff: Synagog: Judaic: p. 36.* Alii duos Mesias, Unum pauperem & humilem eumque *בן יוסף* Filium Josephi, quem cum *Gogo & Armillo*, hoc Christianorum, illo Turcarum ductore, conflicturum & tandem interficiendum, nugantur, cujus labores *Judæi הבלי המשיח* Dolores Messia nominant. Alter vero *בן דוד משיח* *Messias Filius David* dicitur (Hunc somniant fore regem Mundanum, gloriosum, qui primum Mesiam *Bar Joseph* resuscitaturus, *Israelem* redempturus, *regnum Israelis* resuscitaturus, *Sacrificia* instauraturus *bellicosus, felix, arte simul & Marte* pollens, *bellis contra Armillum & Gogum* finem impositurus. *totum mundum* denique *subjugaturus* creditur. Non possum non incidenter mentionem facere quod de *Armilli* quem Christianorum ducem somniant, ortu progressu & fine produnt. Dicunt eum oriundum ex congressu *Belialis* cum *statua marmorea* imaginem pulcherrime mulieris representante, aliqui dicunt ex congressu omnium impiorum cum *bac statua*, concipiendum esse, qui postmodum prorumpens, & nomen *Armilli* sive *Adversarii* adepturus est. *Longitudo* ejus erit *duodecim cubitorum*, *latitudo* totidem, *Intermedium oculorum* ejus *spithama*, *oculi* *profundi & rutilantes*. *Capillus capitis* coloris *aurei*, *planta pedum* *virescentes*, *vertex duplex* statuitur. Alii adhuc magis deformem futurum produnt, & alia signa tribuunt, scil: *erit calvus*, *oculus* ejus *unus parvus*, *alter major*, *brachium dextrum* instar *palmae alteram* duorum cum *dimidio cubitorum*: *in fronte* erit *lepra*, *auris dextra* *clausa*, *altera* *aperta*, cum *quis ad eum bona locuturus* veniet, *porriget ei aurem clausam*: *sed si quis mala ipsi velit dicere*, *porriget ad apertam*. *Adultus* veniet ad *improbiores Populi sui* dicens *אני ה' אללהים* *Messias* ego sum, ego sum *Deus* vester. *Isti fidem* habebunt *regemque suum* constituent, qui *mox omnes provincias* sibi *subjugabit & ad homines* sic locutus est: *Afferte mihi legem meam* quam *vobis dedi*; ipsi a. *adferent ei תפרות* *Pracatoria* sua *alligamenta*. *Et respondebit* *verum est*, *hac vobis dedi*, *hac credite*, *ego enim sum* *Messias*. *Postmodum* autem *jubebit legem Israelitarum* *afferri*, *que cum allata fuerit*

fuert iigent in illa Israelita hac Verba Sancti Benedicti; Ego sum Dominus Deus tuus non erit tibi Deus alienus coram me. Quibus auditis Armillus dicit; non extant hac in lege vestra, sed Ego sum Deus vester. Nehemias filius Usielis, ad populum Israeliticum dicit, capite eum, & configet cum Armillo, verum succumbet Populus Israeliticus & ipse Messias Ben Joseph occidetur, tandem tamen ille Armillus ab alio Messia Ben David opprimetur. Fabulosa hæc sunt, nec huc spectant, verum quia est ex miraculis Adventu in Messia præcessuris & rara sunt, ut inquit Clariss. Buxtorff. apponere hæc libuit, qui plura voluerit, adeat Buxtorff. Lexicon Rabb. & Thalmud. p. 222. seqq. Sed redeo duos Messias. Falsa quidem sunt duos Messias futuros, interim non occulte nobis testimonium dant de duplici statu Messia nostri. Quod enim de duplici Messia excæcati Judæi produnt, id Prophetæ de duplici Adventu unius Messia proposuere. Primum Exultationis & humilitatis describit Zach. IX, 9. Alterum verò Exaltationis gloriæ & Majestatis Dan. VII, 17. Os. XIII, 14. &c. Nec ullo modo silentio involvendum est testimonium R. Mose Ben Majmon, qui, citante Galatino lib. IV. A. C. cap. 23. p. 273. de nostro Salvatore fatetur, JESUS Nazarenus visus est esse Messias, & interfectus est à domo Judicii, & fuit causa, ut Israel destrueretur gladio. Judæos quoq; circa Paschatos festum Christianum puerum clam suffurari, jugulare crudeliter, sanguinemq; ejus excipere linteis, moribundosq; eis sese involvere, his Verbis; siquidem JESUS est Messias, sanguis hujus innocentis qui in fide Christi mortuus est, profit tibi ad vitam æternam, in confesso est. Testantur de eo infanticidia passim, in Anglia, Fuldensi Oppido &c. perpetrata. V. Bezovius A. C. 1236. sect. 6. & alibi. Indicavit hunc sanguinis usum Judæus quidam Ratisbonæ baptizatus, de quo Mich. Neander Tractat: de rebus Judaicis. Nonne hæcce evidentissima argumenta sunt, Judæos in Conscientiâ convictos esse, ut JESUM Christum, Messiam verum esse agnoscere cogantur?

§. IX. Altera pars dissertationis nostræ (quod potissimum hic ago requirit, ut argumenta adversariorum videam. Duos R. Lipmannum & Abarbenclem produco. Sicut verò Ebræi nobiscum circa hunc locum non consentiunt, ita quo-

quoque inter sese quam maxime dissentiunt. Quidam enim gloriam positam censent in *Duratione*, alii in *Tesauris & confluxu gentium*, alii in *structura*, relinqui in *presentia Herodis*, aut *Cyri* aut *Alexandri M.* Singula in specie (לפי ענות רעתי) perpendam.

§. X. Priorem inter ceteros fovent R. *Salomon & R. Lipmann* ille in פ"י ad h. l. Hic vero in *Nizzachon Num. CC. XL.* inquit כיר ראשון עמד רק תי" שנים וכיר שני תק ויהי עבודתו ית וותר עשר שנים ויהו שקור הכבוד יתר מכל מה שהיה שensus hic est. *Domus prior stetit antum annos CCCCX, sed domus posterior annos CCCCC. & cultus Divinus in eo decem annos prestat (cultu priori.) Et hac est ratio quod gloria (templi secundi) omnino prestantior fuerit gloria templi primi.*

§. XI. Sicco hic pede non transeundum est, ipsos Rabinos inter se de *duratione templi secundi* discrepare. Diversorum enim diversæ hæc de re inveniuntur, sententiæ. Etenim עולם סדר Seu *Chronicon Mundi* suppetat annos CCCCXL. R. *Lipmann* verò sui obliviscitur, nescit enim quid legerit. Falso provocat ad עולם סדר dum inquit חכ"י שנים שעמד בירא שני כאשר אנו מקוב :
Eccce CCCCXX, anni (sunt) quibus stetit domus posterior quemadmodum accipimus, & scriptum quoque est nobis in עולם סדר Jam verò modo dictum עולם סדר CCCCXL. supputat. R. *Salomo* cum *Lipmanno* verò (quem jam præ aliis noto) numerant CCCCXX, quemadmodum quoque לקט קציר לסוד seu *Spicilegium computi Judaici* qui illustri *Scaligero l. 7. de emendat: tempor: omnium, qui bodiè extant, antiquissimus artificiosissimus & elegantissimus est,* Lectori si volupe erit adeat ad locum dictum.

§. XII. Lubens prætereo erroneam utriusq; Templi supputationem. Quod si cui liberit adire *Calvisium* evolvat ejus *Chronologiam p. 37. & 81.* inibi reperiet structuram domus prioris rejici in annum M. 1933. destructuram verò in

3360. Jam si calculo fidei habenda, steterit necessum est, annos
CCCCXXVII. Templi secundi foundationem laudatus refert
ad A. M. 3420. ante natum Christum 528. Incinerationem a Tito
Vespasiano factam ad A. M. 4019. post C. 70. Unde consequens
est durasse illud DXCIX. *juxta Calvis.* p. 91. Licet vero nomi-
natus Chronologus d. l. posteriorem Domum priori integros an-
nos DXCIX. diutius stetisse asserat, attamen D. D. Balduinus
Comment. super hunc locum p. 77. accuratiorem vo-
cat calculum, si anni CLIIX. ponantur. Sicuti hæc *Excell. D.*
M. Scherzerus prolixè alibi prosecutus est. Sed Chronologis
hæc decernenda relinquo. Interim tamen certum est domum
posteriorem diutius stetisse.

§. XIII. Verum, *Lipmannus* me ad argumentum suum
§. 9. revocat, quod tale in forma poterit esse: *Si templum se-
cundum integro decennio diutius stetit priori, consequens est Pro-
phetam in hoc gloriam ejus posuisse, sed prius est בירוע in Confes-
so E. & posterius R.* Consequentia majoris non procedit, si enim
diuturnitas prævaleret & in illa gloria consisteret domus secun-
dæ sequeretur, quod dispersio & exilium Judæorum gloriosius
esset quam templum primum vel secundum, & quod in hæc di-
spersione Recutitorum gloria consistat, quod nullus eorum con-
cesserit. Imò & hoc sequeretur quod *Nostri* Pontificiis antiqui-
tate Orthodoxiam religionis suæ probare conantibus, reponere
solent diabolum & Synagogis Judæorum & eorum Sanctuario
eum utroque templo splendidiorem esse, utpote multo ve-
tustiore. Liceat addere festiva & concinna verba Magni
nostri *Lutheri* hoc de loco sic scribentis Tom. VII. Jen. p.
75. Ach daß sie doch einen guten Astronomum hier hätten ge-
habt/ der es ein wenig genauer hier hätte abgerechnet/ der würde
vielleicht befunden haben/ daß zu den zehen Jahren noch 3. Mon-
den / zwey Wochen / fünff Tage sieben Stunden / zwölf Minu-
ten / und zehen halbe Minuten drüber gewest wahren. Et rur-
sus. Es waren viel alte grane Weiber und Männer auch wohl
Bettler und böse Buben zu Jerusalem / da Salomo ein Jüng-
ling bey zwanzig Jahren ein herrlicher König ward / solten sie denn
größer Heiligkeit haben denn Salomon? vielleicht ist der Maul- Esel
B
Davids

Davids daranff Salomo König worden älter gewesen denn Sa-
 lomo / solte er darumb herrlicher seyn denn Salomo? Sed quo-
 niam ex vetustate & duratione longiori Domus secundæ glo-
 riam probare conantur, cur sui obliviscuntur, & Biblia ut ve-
 rustiora Talmudi postponunt, sic enim super verba Eccles. X, 8.
 : בני זוהר חכמים ברבך פרוץ נדר ישכנו נחש וגו' Qui disibat sepem eum morde-
 bit serpens, effutire non pallent חכמים ברבך פרוץ נדר ישכנו נחש וגו'.
 : Fili mi memento, praeceptorum
Rabbinicorum majorem esse curam habendam quam legis divinae.
 Dicunt præterea Talmud esse ס'ג' sepem legis Divinae. Et ipse
 Rambam alias modestion, literas sacras maneat esse dicit.
 Mosén tradidisse imperfectam legem, & ideo traditiones Judai-
 cas necessarias autumat, legiq; scriptæ multum anteferendas es-
 se. Unde in *Pandectis Talmudicis* hæc inculcantur. לעולם ישלש
 אדם שנותיו שליש במקרא ושליש במשנה ושליש בתלמוד;
 i. e. Homo annos suos semper dividat in tres partes: Unam
 lectioni Biblicæ, alteram Mischnæ, tertiam Talmudi impen-
 dat. Videatur *Clariss. Dn. Dilberri Elect. l. 1. C. XV. & XXIV.*
 Et eo usque procedunt impudentiæ, ut etiam statuant Deum
 die in Bibliis, nocte vero in Talmud legere, ut citat D. David
 Christ: in Tract. de Messia. Ex quibus ut opinor clarum est,
 gloriam Templi secundi non consistere in illis X. annis, quibus
 diutius priori stetit.

§. XIV. Pergit R. *Lipmann* וְסִידוֹזוֹן suum probare
 hoc modo גם הרבה מאד גדולה וכבודו של בית שני
 יותר מן הראשון: כי כל ימי בית שני לא נבטלה העבודה
 שנה שלימה ואילו בבית ראשון בטלה כמה וכמה ש שנים
 כמו שאחז סגר דלתות ההיכל ל להטלה העבודה כל ימיו
 וכל ימי מדר מנשה שהעמיד פסל בהיכל וימי אמור
 : i. e. Valde quoq; auxit Deus, magnitudinem &
*gloriam domus secunda præ gloria templi primi, quoniam nullo
 tempore (quo stetit) templum posterius, cultus Divinus in eo ces-
 savit, tot & tot (aliquot) annos Q. D. 3. Paralip. XXIX, 24.
 quod Ahas occluserit portas templi, & salutem fuisse cultum Di-
 vinum.*

vinum per totam vitam suam. Et Scriptum quoque est intermis-
sum esse à cultu Dei quamdiu Manasses rebellis fuit; quod collo-
cavit Idolum in templum 2. Reg. XXI, 7. ut & diebus Annon qui
multo peior fuit Ibid. v. 21.

§. XV. Tria hic reponi possunt 1. Falsum esse, cultum
Divinum non per integrum annum in templo secundo cessasse.
Contrarium fatetur Josephus. De Antiocho scribit l. 1. de B.
Judaico c. 1. quod templum spoliaverit, & quotidiana religionis
assiduitatem per annos tres sexque menses inhibuerit. Et lib. XII.
A. J. C. 7. de eodem tradit, quod quotidiana sacra juxta legis præ-
scriptum vetuerit facere. C. xi. Idem de eodem fatetur, integro
triennio desertum fuisse templum post factum profanationem. Et
in faciem sibi ipsi contradicit R. Lipmann, qui sui oblitus p. 314.
scribit, templum per triennium jacuisse profanatum. Si itaque
per triennium fuit profanatum, sequitur non solum per inte-
grum annum, sed etiam per totum triennium cultum Divinum
cessasse. Scriptura verò plura suppeditabit. Antiochus anno
imperii Græcorum seu Alexandreo CXLIII. item CXLV. die 25.
Mensis Cislev, qui nobis November est in Calendario Juliano,
collocavit super altare abominationem desolationis, templum
spoliavit, sacros codices & leges combussit, nova altaria erexit,
profana sacrificia Græcorum more instituit, Judæos ad gentilia
sacra adegit, & hic templum mirum in modum profanavit, cul-
tum Divinum sustulit & gentilismum supposuit. Hanc desola-
tionem enormem fuisse Mathathias sacerdos abunde 1. Maccab.
II. vers. 8. usque ad c. V. testatur, dicens: Templum jacuisse sicut
hominem codemnatum. Imò vers. 11. Omnis gloria abest, erat Re-
gina jam est ancilla v. 12. Ecce nostrum sanctuarium laus & gloria
ablata. Ethnicici hanc desolationem fecerunt. Et hæc desolatio
duravit usque in annum Monarchiæ Græcæ CXLVIII. d. 28. Cis-
lev. quo templum à Judâ Maccabæo purgatum, altare erectum,
Sanctuarium restauratum, vasa nova conflata, & tandem dicto
die Mensis Cislev. primum sacrificium Deo oblatum fuit; ut
videre est 1. Maccab. IV, 2. vers. 43. usque ad finem. Unde tale
argumentum formo. Quot annos sacrificia fuerunt abro-

gata, & gentiles abominatōnes substitutæ, imò quot annos nemo templum visitavit, ut colligere est ex vers. 38. C. IV. tot annos quoque fuit profanatum, & tot quoque annos cessavit cultus Divinus. Ratio est, quia in his & præcipuè in oblationibus sacrificiorum cultus divinus consistebat. At verò quinque annos (nim. ab anno Monarchiæ Græcorum CXLIII, usq; ad annum CXLVIII, fuerunt Sacrificia abrogata E. quinquenium quoque fuit profanatum, & per consequens *Lipmannus* non solum falsus est, sed etiam sibi contradicit ut supra dictum.

§. XV. II. Negamus Consequentiam quam *Lipmannus* intendit. Templum secundum non tam diu fuit profanatum, quam Templum primum, E plane non fuit profanatum, vel, non adeo & tam valdè fuit profanatum. Nam licet, templum prius ab Achaz 2. *Paralip. XXVIII, 24.* Manasse 2. *Reg. XXI.* Amnone ibid. & aliis Regibus impiis quos *Lipmannus* verbis immediate sequentibus adducit, aliquoties fuerit profanatum, tamen quoque hoc à Græcis & Romanis fuit factitatum. Et si verum fateri volumus, deprehendemus posterius templum magis esse profanatum quam prius: etenim i. non legimus tempore prioris desolationis *libros Legis* fuisse discerptos, quod circa secundam optigit 1. *Maccab. I, 59.* Jam verò extra omne dubium est Legem Divinam, utpote Sp. sancti oracula præcipuum fuisse ornamentum, imò norma secundum quam Deus colendus erat.

ii. Cultus Divinus in templo priori multò gloriosior fuit præ cultu in secundo. Nam (a) in priori fuit *presentia numinis Divini* (י, שכנו) ut Rabbini loquuntur (שכנו) quemadmodum 1. *Reg. VIII, 10. 11. 12.* videre est. יהוה בצאת הכהנים מן הקדש והענין מלא את הבית ויכלו הכהנים לעמד לשרת מפני הענין כי מלא כבוד יו את הבית והודוה: i. e. factum est cum egredierentur sacerdotes à Sanctuario, ut nubes adimpleret domum Jehovab. Neque poterunt sacerdotes, stare ut ministrarent coram nube, quia implevit gloria Domini domum Jehovab. Et l. c. C. IX, 3. dicit Dominus ad Salomonem הקדשתו את הבית הזה אשר בנתה לשום שמו שם עד עולם והיו עיני ולבי שם כל הימים ונו: i. e. Sancti-

edificadi Domum hanc quam edificasti, ut ponam ibi nomen meum usque in seculum, eruntque oculi mei & cor meum ibi omnibus diebus, &c. ubi verò tale quidpiam de posteriori legitur? 2. Sacrificia si Spectes multo splendidiora peragebantur in priori quam posteriori. In dedicatione templi Salomonæi oblata sunt boum viginti duo millia 1. Reg. VIII, 36. In dedicatione vero posterioris ne boum quidem mentio fit. In priori immolabantur Centum viginti millia ovium: In posteriori tantum vituli centum, arietes ducenti, agni quadringenti, hirci duodecim.

§. XVI. Et ipsi Rabbinii fatentur (quamvis inviti) cultum in priori domo splendidiorē fuisse. R. Acha in Cod. Talmudb. Tract: יומם (die expiationis) c. i. in fine quærens ארבעה חסר האותה *Cur in voce ואפכך Hagg. f. 9. deficiat litera ה* sibi ipsi responderim דברים ארבעה אשר אשה בהכל הראשון וחסר בהאחרון: *ad declarandum quinque res que fuerunt in Templo primo, defecisse in Secundo.* Sunt autem hæ quinque res quæ fuerunt in templo primo, & quæ defecisse leguntur in secundo, quarum quoque mentio fit in Sanhedr. Hierosolymit. cap. quod incipit: ארבעה הנו הגולין ארון וכפרת וכרבים אש השמימה שכינה: 1. Arca cum Propitiatorio & Cherubim 2. Ignis Cælestis, 3. Presentia Majestatis Divinæ 4. Sp. Sanctus per quem glossator intelligit qui in Prophetis fuit & ab anno Darii secundo cessavit. Quamvis תוספיר ספר משחרב בית המקדש נסתלקה הנבואה מן הנביאים ונתנה בשוטים וכתי נוקרה: Sensus est: Ex quo vastata est domus Sanctuarium (intelligit autem templum secundum) ablata est Prophecia à Prophetis, & data stultis & puerulis seu infantibus 5. ab fuit Urim & Thumim Vid. Aben Efram ad Exod. XXVIII, 5. R. Salomon ad Exod. XXVIII, 30. ibid: Targum Jonathanis Sora fol. 482. In hanc sententiam quoque illud Cant. VIII. אחות לנו קטנה ארבעה חסר אן לו ist est Soror (est) nobis parvula & uberanon: ei. quidam ex Rabbinis exponunt ut Sensus sit. Ipsi fuerunt ascen-



ascendentes de captivitate parva, quia fuerunt inopes in exercitiis, & ubera non sunt sibi. Hæc sunt quinque res, in quibus ultima domus extitit diminuta à prima Sic loquitur מררי in שור פי ad d. l. ubi videas.

§. XVII. Obiter hic notamus aliquos reperiri qui probare velint arcam item Urim & thumim in secundo templo fuisse, & quidem hoc ex *Esd. II, 59.* & *Neb. VII, 65.* Donec staret sacerdos in Urim & thumim. Verum hæc non probant Sacerdotem talem extitisse in Domo secunda; Illud verò scilicet: arcam adfuisse ex Joseph: l. VII. de B. I. c. 25. qui refert in Triumpho Tibi Vespasianii quoque fuisse ductam LEGEM divinam; eam verò arcæ tum temporis fuisse inclusam volunt, quia *Pbilo l. 3. de vita Mosis* arcam definit, quod sit vas LEGI Divinæ includendæ destinatum. At, quanquam Lex in Triumpho fuerit, non tamen sequitur arcam adfuisse, potuit enim Lex divina alii vasi inclusa fuisse. Suffragari videtur *Jerem. III, 16.* qui dicit: *In diebus illis non dicunt amplius, Arca testimonii Domini, neque ascendet super cor eorum, neque recordabitur illius &c.* De oleo certum est illud quidem fuisse à Josia absconditum, verum nunquam repertum *Vid. Cunn. de R. H. l. 1. c. XIV.* De igne inquit. R. *Abramam Zacuthus in libro Juchasin* אש על המזכה רובץ ככלב כי בטל כחו שתפרו המישה דברים כבית שני ובבאת ראשן היה אש כארורו: *Ignis super altare cubabat instar canis, quia vis ejus extincta erat, postquam quinque res defecere in posteriori templo. At vero in prioribus erat ignis instar Leonis.* Plura non addo quia huc non pertinent. Sufficiat *αὐτὸ ἀποκρινόμενον* & ex concessis Rabbiorum demonstrasse, gloriam promissam non in cultu aut Sanctitate consistere, sed potius domum priorem posteriori sanctiorem fuisse, quod Eberinorum Magistri, inviti quamvis largiti sunt, qui 5. res ex domo posteriore abfuisse, non diffitentur.

§. XVIII. Est III. quod argumentum *Lipmanni* respondeam, nimirum omnino falsum esse, gloriam Haggænam in Cultu Levitico consistere. Angelus enim *Danielem Prophetam C. 1x, 25.* de reparatione informans, expressissimè inquit:



quit: Mediis in illis septimanis Messiam advenire, & Sacrificia omnia aboleri debere. Si itaque stante adhuc templo secundo Cultus Leviticus cessare debet, utique in hoc gloria illius templi consistere nequit.

§. XX. Sunt deinde alii, qui gloriam hanc quærunt in *structura* seu *splendore* aliquo externo. Sed nullius ponderis est hæc opinio. Adeant modo *Esr. C. III, 12.* ibi reperient, multos seniores qui splendorem & structuram Templi prioris viderant, stesisse, quod hæc posterior domus splendore externo priorem non æquaret. Consulant quoque Prophetam nostrum *C. II, 4.* qui expresse faretur, structuram hujus templi ad gloriam primi comparatam, quasi nihilum esse. Quomodo ergo in structura gloriam promissam quærent?

§. XXI. Qui in divitiis eam quærunt non minus oleum & operam perdunt, quam illi, qui in structurâ. *Aben Ezra* inquit ככל מקום שלי הוא אעשה פלא לשום בלב הכהן: ככל מקום שלי הוא אעשה פלא לשום בלב הכהן: *id est* In omni loco qui meus est, faciam miraculum, ponendo in cor omnium ut afferant aurum ad templum, sicuti etiam ad eundem sensum *R. Kimchi* verbum הרעשה אתו בלבם שיחררו ממקומם לבוא ולראות וכבוד זה וזה הכהן כספ זה וזה הכהן כספ זה *id est* Dabo in cor eorum ut terrentur ex loco suo adveniendum & videndum gloriam hanc, & ad offerendum in manibus suis argentum atque aurum. Verum contrarium insinuat *x. Textus Harmonia* ubi vers. 8, dicitur: Meum est argentum & meum est aurum dicit Dominus exercituum. Quibus Propheta occurrere voluit vilitati ædis, ne scil. propterea abjecta habeatur a Judæis. Quasi Propheta diceret. Deum quidem, si vellet, domum hanc potuisse & splendidiorẽ & opulentiorẽ facere, quoniam ejus esset omne argentum & aurum. Similem phrasin reperire licet *Pf. L, 8. 9. 10.* לא על זבחיה אוכיחה ועל תיבה לנגדי תמיד: לא אסח מביתך פן ממבלאתיך עתודים: פן לירפל חיתו יערן בהמור: לא על זבחיה ועל תיבה לנגדי תמיד: לא אסח מביתך פן ממבלאתיך עתודים: פן לירפל חיתו יערן בהמור: *id est* non super Sacrificia tua arguam te, nec super ascensiones suas (quod non fuerint) coram me semper

semper. Non accipiam e domo tua juvencum, de septis tuis bircos.
Quemadmodum igitur Deus hic dicit sua esse armenta omnia, ut holocaustorum non indigeat, sic pari ratione idem in dicto nostro ostendit, se multo splendidiorum efficere posse domum, quoniam ipse Dominus & auri & argenti sit, si ipsi hoc placeret, aut in illo gloriam templi secundi consistere vellet.

§. XXII. Et comparatio utriusque templi aliud ostendit. Consulamus *1. Paralip. xxiii, 14.* ubi David Salomoni ad edificandam domum *bis mille & quadringentas aurcorum milliones* ut nonnulli supputant, relinquit, quantum verò Salomon ad splendorem illius contulerit ex sacris peti potest, inveniemus innumerabiles ferè divitias, & numerum operariorum prægrandem. Salomonem enim 70000. qui onera portarent, 80000. Latomorum & 3;00. Præfectorum qui opus urgerent, constituisse notissimum est. Tale quid nullibi de domo secundâ legimus uti *ex Esa. VIII, 26. & Joseph L. XV. A. J. C. XIV.* constat. Taceo in priori domo vasa aurea, in secunda verò ænea, fuisse, quod & Rabbinus ipsimet fatentur. Hinc rursus concludo: Si opes & divitiæ prioris domus majores fuerunt quam posterioris, non poterit in illis gloria prædicta consistere; sed verum est prius, ut probatum, consequenter ergo & posterius.

§. XXIII. Tertii *confluxum Gentium* tuentur, in eoque gloriam Haggæanam consistere opinantur quæ, *Radak & Aben Esra somnia sunt*; alii gloriam Templi secundi constituere nequit. Ad primam enim domum non minus confluxere gentes quam ad posteriorem, uti hoc ex sacris, ex præsentia Reginae Arabiae, Servis Huram *2. Paralip. ix, 10.* & aliis locis patet. Nec verosimile, neque apud Josephum vel alium probatum Autorem invenire est, quod fabulantur de eade illa qua vicinae gentes se confecerint & spolia sua Judæis ædificantibus Templum attulerint; contrarium enim ex sacris constat. Sonnebalat se complices suos ad turbandum Nehemiæ conamen instruit, & clam ædificantes aggreditur *Nehem. iv.* Adversarii Populi Judaici impediunt opus per totam vitam Cyri usque in annum *2. Darii Esr. iv, 5. & 24.* De priori potius verum est, exteriores nationes operam suam diligentissimè navasse, & ejusdem per-

perfectionem procurasse. Huram & opes & Mercenarios sup-
peditat. & Salomo utpote, 70000. Onera ferentium, 80000.
Latomorum, & 3300. Præpositorum ut supra dictum est, nu-
merat 2. Paralip. 11, 17. 18.

§. XXIV. Qui *Cyrum Alexandrum M. vel Herodem* glo-
riam Templi secundi statuunt, commiseratione potius quam
refutatione digni sunt. Qui enim gloriam Templi supprime-
re & impedire imò evertere conantur, illi non possunt gloria
Domus hujus esse. De Cyro verum est. Quamquam enim
Subsidia ministravit Esræ, & domum commigrandi Judæis pote-
statem fecerit, mox tamen calumniatoribus aurem præbuit &
opus impedivit *Esr. IV.* De Alexandro negari nequit. Qui e-
nim Deum se vendit, Dei gloriam non quærit, multo minus
gloriam templi secundi constituit. Quod & Scythæ Alexan-
dro in Oratione publicè exprobarunt de quo *Curt. l. VII. c. 8.*
Insuper debebat hæc gloria esse. **חמדת כל הגוים** Deside-
rium omnium gentium. Cyrus verò in hoc unico quod vasa
quæ Nebucadnezar abstulerat, Judæis restituit, & ad re-
parandum Templum suppetias tulerit, ad tempus saltem &
quidem unice Judæis desideratus fuit, cateroquin sanguisuga.
Alexander toti Orbi terror fuit, & latro pessimus ut Scythæ apud
Curt. l. c. cum nominarunt. An verò Herodes Judæorum pri-
vilegiis insensissimus, & infantes Bethlehemiticos interficiens
desiderium Judæorum fuerit, ipsi viderint. Galatinus quidem
l. 4. de arcan. cathol. veritat. c. 21. p. 261. Mentionem facit
Rabbi Akibhæ, qui fautor & Armiger decantati illius Pseudo
Messiæ Ben Cozbæ fuit, qui Akhibha, ut populo eo facilius per-
suaderet Bar Cozbam esse Messiam, Prophetiam nostram de illo
explicavit, sed ipsi Judæi agnoverunt fucum, cæcis enim ultra o-
cto & quingentis millibus, præter innumeros fame, igni, mor-
bo absumentis, prædictum seductorem qui se ex *Num. XXIV, IV.*
בן כוכב Filium Stellæ nominarat, **בר כוזיב** vel **בן כוזיב**
Filium Mendacii dixerunt, citat prædictus Galatinus l. c. p. 262.
ex libro Sanhedrin cap. Helek. fol. 93. fac. 2. de hocce falso Mes-
sia hoc effatum. *Scriptum est Es. XI. de Messia quod odorans erit*
& judicans hoc est odoratum sentiet, quis innocens, quisve reus
erit,

erit, & judicans, b. e. an odorando id judicare valens. Qui eum
vidissent quod non esset odorans & judicans interfecerunt.

§. XXV. Ex his sic concludimus. Si gloria Templi se-
cundi non consistit 1. in *duratione*, 2. *structura*, 3. *Divitiis & con-*
fluxu Gentium, 4. *Præsentia Cyri Herodis aut Alexandri M.* utiq;
hoc restabit quod unice consistat in *Messæ nostri præsentia*, sed
verum est prius uti membratim probatum est. E. & posterius.

§. XXVI. Restat jam ut & *Abarbenelis* argumenta vi-
deam. Priusquam autem ea, quibus contra nos pugnat, lu-
stro, sententia affirmativa ejus ponderanda erit. Is pro more
solito. Rabbinos omnes, qui hac de materia scripserunt, taxat,
& ab omnium opinione discedit, & putat post hanc secundam
Domum adhuc aliam, tertiam scilicet: futuram, gloriamq; istam in
singulari aliqua Populi Judaici liberatione ponit. Verba ejus
sunt hæc. ויצא לנו מזה שהפרשה הזאת לא נתקיימה עד

כה ושהיא עתידה להתקיים בימי הגולה אשר קיינו:
Egre-
ditur à nobis exinde (probatio) quod Sectio hac nondum imple-
ta sit hucusq; Sed quod adhuc sit implenda tempore liberationis
quam nos expectamus. Et paulo post fol. 278. col. ב super

hunc locum Haggæ, הרמה הקבה לנביא עתוב אנב גררא
הבית שני ענין הבית העתיד שיחיה בית הש לכבוד
; והתפארתו Ostendit sanctus Benedictus Propheta suo (tantum
per Occasionem) Domus secunde (etiam) matricem de domo fu-
tura, quod sit futura Domus Dei ad gloriam & decus. Ad I-

nium, nempe templum tertium Respondeo, Abarbenelem il-
lud frustra expectare, duo enim ex textu pro nobis loquuntur.

(a) Articulus זהו יפה demonstrativus qui cum זהו Em-
phatico constructus, & duabus distinctis vicibus positus frustra
repetitus videri nequit, indoles enim ejus est, ut ad majorem
emphasin significandam pronomini demonstrativo præmitta-
tur, eoque in casu aliquid certi ac determinati denotet, quod
hactenus nemo inficiatus est. Ponitur is vers. 4. domum hanc
implebo gloria, vers. 10. Et gloria hujus ultime, domus major erit.
Unde argumentor: Quamcunque domum Articulus זהו יפה
respicit, illa quoque hic intelligenda est. Sed secundam do-
mum indigitat, quia de nulla alia Domo hic sermo est, E. Pro-

ba-

bationem minoris suppeditat. totus contextus C. II. enim con-
solatur Propheta Serubabelem & populum Judaicum, in quo-
rum oculis hæc domus secunda, quam tum ædificare incœpe-
rant *Nihilum* videbatur, & dicit hancce ipsam domum quam
tum temporis ædificare debebant & exilem putant, futuram glo-
riofam.

§. XXVII. (β) Spem omnem domus tertiæ Abarbeneli
præripit expressum effatum Sp. Sancti quod domum secundam
ultimam futuram asserit ver. 10. *היה כבוד הבית יו*
: האחרון. *Gloria domus istius ultima erit major priori.* Si itaque
Domus Secunda est ultima certe non sequetur tertia.

§. XXVIII. At inquit Abarbenel articulus *היה* ista non
notat domum secundam, sed locum in quo ædificabatur. Ver-
ba ejus sic sonant: *Sed Ecce dixit cum Emphasi (signanter) Do-*
mus הוה hæc ipsa propterea, quia in eodem, quo ædificavit Do-
num secundam & ædificabitur templum ultimum, quod futurum
est. Sed hanc constructionem Articuli demonstrativi nemo Ju-
dæorum ne ipse quidem *Abarbenel* probaverit, si enim mihi cum
illo negotium esset, adducerem ad eum Equum, 60. Imperiali-
bus constantem & dicerem; En, tibi hunc ipsum jam præsen-
tem equum vendo XXX. Imperialibus: Si *Abarbenel* annueret
pecuniamque mihi numeraret, mox verò hunc abduci & in lo-
cum ubi priorem vendideram, alium equum vix XX. Imperi-
ales valentem substitui curarem, postularet sane equum priorem.
Si autem ipsi reponerem, non illum priorem sed posteriorem
quem in eundem locum adduci curavi me intellexisse, sine du-
bio aut pecuniam repeteret, aut ad judicem me protraheret.
Non erubescit *Abarbenel* & Deo & verbo ejus illudere. Ar-
ticulus demonstrativus rem expressam & nominatam non ve-
ro innominatam respicere cogitur. Est terminus Syncatego-
rematicus qui per se nil significat, sed necessario cum substan-
tivo expresso conjungi necesse habet, si aliquid significare de-
bet. Sed *הוה* *לוקוס* loci nulla fit mentio, nec igitur locum
respicit. Nil aliud autem præcedit cum quo construi possit
quam *הוה*, certum igitur est articulum *הוה* re-
spicere, & quidem domum illam quam tum temporis ædifica-
bant

hant. Et si Abarbenel in historia Judaica non profus peregrinus est, (quod de Judæo aliàs satis acuto non presumendum) facile videbit Articulum nominatum non respicere מקדו seu locum, satis certum enim est in loco illo ubi templum secundum vel Hierosolyma sterit, nullo modo posse tertium templum extrui, quoties enim Judæi sub Juliano & Imperatoribus impiis opus aggressi & templum reparare conati sunt, toties vel opus diurnum nocte periit, vel tandem igne ex abdito prorumpente lapides instrumenta & tandem plurimi Judæorum consumti & ab opere recedere coacti sunt. Viderit ergo Abarbenel quomodo locum illum templum tertio exornet.

§. XXVIII. Ad secundum, gloriam scil. quam Abarbenel sibi imaginatur, facile jam responderi poterit. Quicquid enim vel de gloria templi tertii vel de desiderio ad templum tertium venturo, regerat, sponte sua concidit, destructo enim templo tertio, & gloria & desiderium destructum est. Etenim (α) כל הגוים est Universale desiderium, hoc verò quod Judæi desiderant non est Universale sed saltem particulare. Universale illud jam illuxit gentibus, nec aliud desiderant, verum illo contentæ sunt. (β) Desiderium debet esse גוים Goyim abhorrent autem Judæa a nomine גוי etenim tantum eos Goyim nominant qui non sunt de populo Israel, & quidem quam maxime Christianos, ita ut etiam unum hominem גוי nominent contra verum lingvæ usum & rationem Vocabuli, ut *Clariss. Buxtorff. in Lex. Rabbin. Talmud. col. 402.* ad Vocab. hoc notat. Si ergo גוים non sunt nec כל הגוים חמרת desiderium omnium gentium expectare possunt. Aut Ergo גוים se nominent aut desiderio gentium renuncient, quod ultimum cum faciant se ipsos fallunt, dum templum tertium & desiderium aliud præstolantur. (γ) Liberationem singularem Rabbini nostri quod attinet, optanda ipsis esset Spiritualis liberatio ex vinculis tenebrarum, sed corporalis & temporanea Sceptri restitutio חמרת כל הגוים desiderium omnium gentium non est, nemo enim גוים seu Christianorum (uti illos per scōmma nominent) tale quid optaverit. Christiano nomini ita infensi sunt, ut non solum Christum quotidie blasphemiiis afficiant, sed etiam illis lau-

laudem aliquam tribuere, interdictum habeant; Sic enim R. Salomon ad C. VII. Deut. v. 2. scribit לא תתן להם חן אסור להם. Non attribues illis gratiam (h. est nihil in ipsorum laudem dices) Prohibitum est homini dicere, quam pulcher est iste Goji (h. e. Christianus iste,) quid ergo de nobis fieri putabimus, si ipsis restitutum fuerit Regnum & potestas.

§. XXIX. Argumenta quibus contra nos Abarbenel pugnat potissimum IV. sunt. Unum desumit ex illis verbis *Adbuc Modicum* & sic inquit עוד אחת מעט היא שפירשו הם במעט זמן יבוא זה הרעש והרוש הרת הזאת וידוע שמעת שנאמרה נבואה זו עד ילדת משיחם שהיה לרבריהם בטוף בית שני עברו קרוב לארבע מאות שנה מאז יאמר עליו הויה. Sensus est. *Modicum adhuc exponunt ipsi; in exiguo tempore veniet hac innovatio religionis hujus: Cum tamen notum sit, quid ex eo tempore, quo dicta est Prophetia hac usque ad natiuitatem Messia eorum (que fuit sententia illorum in fine templi secundi) effluerint propemodum CCCC. anni, sed quomodo de hoc tempore poterit dici modicum esse.* Duo hic repono (a) Prophetam non absolute sed comparate loqui, respexit enim ad tempus præterlapsum, quo jam a Mundo condito Messiam expectarunt ut id ex verbis Evæ satis patet Gen. IV, 1. dicentis קנית איש את יְהוָה. *Acquisivi virum Dominum*, Ab illo tempore usque ad Prophetiam nostram elapsi erant MMM. CCCCLII. anni. Ab hoc vaticinii tempore usque ad impletionem ejusdem & Adventum Messiaæ nostri tantum CCCC. fatente Abarbenele. Respectu itaque præterlavorum tot mille & quod excedit annorum, quadringenti nostri pauculum seu modicum sunt. Taceo quod hæc verba *Jehova* sint, qui ad indigitandam suam Identitatem & sui immutabilitatem, ita ut præterita & futura in præfenti intueatur de mille annis dicit, eos in Oculis suis esse ut dies præterlapsus. (b) Dixerat Abarbenel ad C. 1. Q. III. Commotionem hanc gentium & terræ nondum esse factam sed se adhuc expectare; jam vero illud tempus quo impletionem Prophetiaæ expectant MDCLI. annis nostro modico longius est. Si itaque non de illis CCCC. annis

modicum dici poterit multo minus de MMLXI, aut etiam Prophetia de templo tertio & liberatione peculiari quam Abarbenel somniat non erit intelligenda.

§. XXX. Sed ut Abarbenel verbis istis *Modicum adhuc* אחר עור nobis illudat, peculiarem explicationem comminiscitur scribens. *Adhuc modicum i. e.* הכות הזה אשר אתם בונים אמת היא שמעט יהיה בערך אל הכות הראשון; מלבד הכות הראשון החוא אשר ראו הזקנים שבכם עורו חכנה ותכונן אתה בות אחר זה השני שיהיה מעט *Domus hæc quam edificatis secunda profecto exigua erit in relatione ad domum priorem. Et paulo post, Adhuc unum modicum i. e. Præter domum priorem illam quam viderunt Seniores, qui inter vos, adhuc edificatur & extruetur nunc Domus tunc post illam secundam que erit exilis in respectu ad priorem.* Sed est hæc explicatio contra Prophetæ Scopum. (1. enim radarguit Prophetæ Judæos quod tam segnes sint in reparanda domo & dicant v. 2. לא עת בא את בית יהוה; להבנות; Tempus nondum adest Domini domum ædificemus. Horum perversitatem increpat Prophetæ dicens, non necendas esse moras, sed properandum non solum jam dudum advenisse tempus reparationis domus, verum etiam עיר אחר Modicum adhuc super esse & mox instare adventum זכרת כל הנויים. Immo sibi ipsi contrarius est quia verba citata de duratione temporis explicat quando in loco ante hæc citato inquit; *Egreditur à nobis exinde probatio quod factio hæc nondum impleta sed adhuc implenda sit tempore liberationis quam expectamus:* Deinde si modicum hoc devilitate templi secundi est intelligendum, utique erit & devilitate templi tertii sumendum הראת חקב לכביא אוב גררא הכות שני ענין הכות העתיד שיהיה בות הש לכבוד ולתפארת; *Ostendit, inquit, sanctus Benedictus Prophetæ suo (tantum per occasionem) domus secunde (etiam) materiam de Domo futura, quod sit futura Domus Dei ad gloriam & decus.* Unde ita concludo, Si gloria tertii templi adumbrata fuit in secundo, utiq; templum tertium non erigit gloriosum sed vile; verum autem

tem antecedens ex sententia Abarbenelis Ergo & consequens,
quod Abarbenel nunquam concesserit.

§. XXXI. II. Argumentum desumit ex collatione v. 7,
23. & 24. hujus capituli ubi Dominus bis varicinatur de commo-
tione harum gentium, dicitque Serubabelem tunc temporis
instar annuli signatori in manu sua futurum, & sic concludit

וזה יורה בבואו של האותו הרעש מכר ברברי הנביא הזה שני
פעמים אחר הוא ואם האחרון יהיה ב בימי זרובבל לא
אחריו ארבע מאות שנה גם ה הראשון אי אפשר לפרשו
כן : i. e. *Hoc innuit clare (contra expositionem eorum)*

*quod illa commotio, cujus mentio facta est in verbis Prophetæ hu-
jus binis vicibus una (& eadem) sit. Quod si vero posterior
contigit temporibus Zerubabelis non post eum CCCC. annis, et-
iam prior (scil. tunc contigerit) impossibile est eam aliter ex-
ponere quam sic.* Mens Rabbini hæc est. Quocumque tem-
pore Prophetia ista de Serubabele impleta est, dum is adhuc in
viviis esset utique etiam prior in vita ejus erit impleta utrumq;
vaticinium idem dicit. Si verò etiam prior Prophetia ubi di-
citur. *Modicum adhuc & commovebo &c.* tempore Serubabe-
lis est impleta Modicum illud non de CCCC. post obitum Se-
rubabelis, annis, sed de vilitate templi secundi erit intelligen-
dum. Meminisse hic debebat R. Abarbenel. dicti R. Joban-
na in Maschsanbedr. ממוניו אחר דינו ממוניו

citatur de literatura Ebraica meritisissimus D. Buxtorff. in Biblioth.
Rabbinic. כל מקום שפקרו השונים השוכתו כינרו;
*Omnis locus, unde facti sunt Epicurei Heretici, responsionem ha-
bet in latere ejus vel ut S. Semlai id effert ceu legere est in-
קטורה ברשית Super Cap. Gen. II. In omni loco ubi in-
veneris pro Hereticis objectionem invenies quoque medicamen-
tum ejus in latere ejus.* Optandum sane esse ut Rabbi noster
hujus dictionis Rabbinici nobiscum memor esset, sic enim sibi
non contradiceret & tam absurda statueret, sed textus *συνάφεια*
advertens, divinam veritatem erueret.

§. XXXII.



§. XXXII. (α) Abarbenelis argumento contra illum
 ipsum uxor & sic infero; si utraque prophetia temporibus Zerubabelis impleta fuit, utique non erit adhuc implenda, sed verum prius ex argumento ipsius, Ergo est posterius, & per consequens, domus, quam gloria Haggæana debebat implere, jam ædificata imò etiam destructa est, proinde frustra expectabit templum tertium. (β) Quanquam concedam Ultramque Prophetiam eandem unamque esse, & partim temporibus Zerubabelis impleta sit, non tamen sequitur eam post annos CCCC. non esse impletam. Videndum autem erit, ושמרתך כחתם
Custodiam te sicut annullum signatorium. Apud Thalmudicos quidem denotat חתם tesseram nummariam *uti Buxt. ex Sebekalm c. 5. in Lexico Rabbinico* advertit. Verum scriptura nobis phrasin hanc interpretabitur. Occurrit phrasis hæc ferè iisdem Verbis Cant. VIII, 6. ubi dicitur שימני כחותם ערך
 לבר *Pone me sicut sigillum super cor tuum;* & explicatur mox quod sit sumenda de ferventi amore: *Amor enim validior morte est.* Postulat Cœlestis Salomon à Sponsa sua ut se amet amore sincero, Job XLI, 6. de annulo aëreo. Sicuti lv. annullum signatorium semper in oculis habemus probeque ne damnum sumat custodimus, sic quoque Deus Serubabeli amorem suum fervidissimum & defensionem validissimam promittit, sicuti etiam Rabini quos Abarbenel circa hunc locum refutat explicarunt. Deinde perpendendum est quis hic Serubabel sit. Dupliciter considerari potest. Sub nomine Serubabelis non solum is qui ex Babel exiit & domum secundam restauravit, sed etiam is qui in Serubabele præfiguratus est, Messias scilicet a Serubabele oriundus. Responsonem hanc Abarbenel nobis ipse suppetat fol. 179. 2. in fin. sic infit וודיעי עור שהמלך אשר ימלוך בישראל בזמן גאולתם משיח
 זרע זרובכל ומבית דוד: *Significat autem ipsi Deus quod Rex qui regnabit in Israele tempore exilii eorum (sic futurus) Messias ex femine Serubabelis & de Domo Davidis.* Et paulo post שמלך המשיח הוא יהיה דוד הוא יהיה זרובכל להיותו

: מנועם מנוסר מוצא *Nam Rex Messias erit Serubabal cum sit surculus egrediens, de trunco succiso eorum.* Serubabel filius Sealtiel ut annullus in manu Domini fuit temporibus vitæ suæ, utpote Deo inter captivos charissimus, quod Abarbenel non negabit, & cui Deus dedit gratiam invenire coram Rege & Regina Persiæ ut *Nebem. II.* patet. Et post CCCC. illos annos, imò adhuc, ut annulus talis est, quamvis mortuus sit. Si enim de omnibus pie defunctis verum est; *Piorum anima in manu domini requiescunt, nec malum illos tangit, qui Deo confidunt experiuntur eum fidum esse, nec pati eos sibi eripi, sancti enim sunt in gratia & misericordia ejus Sap. 3.* Certe de Sorobabele pie defuncto etiam id verum erit.

§. XXXIII. Respiciunt autem verba hæc שמרתך כחתם זורכבר *Custodiam te Serubabel ut annulum signatorium,* Messiam ex semine Serubabelis, ut *Abarbenel* ipse inquit, oriundum, & tempore domus secundæ exhibendum. Respondeat ergo sibi ipsi Rabbi noster. Deo is charissimus, quia est Filius Dei ירתך היום אתה בני *Psal. 2. Filius meus es tu, hodie genui te;* quem ab hostibus defendere vult, dixit enim Dominus Domino Davidis שב לימיני עד אשית אויביך חרם לרגליך *Sede ad dextram meam donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis;* si igitur non solum de Serubabele filio Sealthielis, sed etiam de Messia est intelligenda Prophetia, quidni & Sorobabel post CCCC. annos potuit esse annulus signatorius in manu Domini? consequenter ergo modicum adhuc de duratione temporis, nec non gloria de præsentia Messiæ intelligenda erit.

§. XXXIV. Argumentum III. desumit ex illo, ubi Jehovah pacem domui isti promittit, inquit: ובמקום הזה אתו שלום *Et dabo pacem huic loco.* Putat prophetiam hanc ad tempora Messiæ nostri non quadrare, quia Christo nato nil nisi mera bella fuere. וחבטול השלישי מאומרי ובמקום הזה אתו שלום אמר ה' צבאות ורחקים במקום הזה אין ספק שנאמר על ירושלים והנה מיום שנולד מ משחם לא היה שלום בירושלים פואם חרב באחיו: קטנות ומלחמות עד א נהרצת שוממורח:

D

tem

tem refutatio, inquit, sumitur ex eo, quod dicitur, & in loco hoc dabo pacem inquit Dominus Zebaoth (c. II. v. 9.) sensus vero vocis in loco hoc non sufficit, ut dicatur super Jerusalem. Ecce vero, a die quo natus est Messias eorum, non fuit pax in Jerusalem, sed gladius in fratres ejus lit igitur & cella usq; ad consummationem desolationis. Eandem objectionem habet & R. Menasse Ben Israel l. 3. de resurrectione mortuorum c. V. n. 4. qui, hoc procul dubio, inquit, ex mea opinione intelligendum est de tertio templo, quia tempore secundi templi terra quieta & tranquilla non fuit, sed hostium furore ac rabie acriter concussa & conquassata est. Nota quod Menasse oblitus sit eorum, quæ supra scripserat; in prioribus enim Prophetiam istam de templo secundo loqui fassus est, nunc verò templum tertium machinatur. Negare quidem non possumus tempore domus secundæ atrocissima bella gesta, Judæosq; vehementer turbatos esse, testis est 1. Maccab. I. Joseph. Aj. l. XII, c. 7. l. I. de B. J. c. 1. l. XIV. A. J. c. 8, 28. sed quicquid sit, opponemus 1. Judæo Judæum, R. D. Kimchium, verba ista dabo pacem, nobiscum defendentem, sicq; scribentem: כִּי אָעַפְּ שֶׁהָיוּ מִלְחָמוֹת רַבּוֹת בּוֹטְנֵי בַיִת : Quavis multo bella fuerunt tempore domus secundæ, longo tamen tempore pax quoq; fuit in terra 2. Notum est, promissiones divinas non solum respicere bona corporalia sed & Spiritualia. Fatentur id ipsi Hebræi. Hinc R. Kimchi ad Ps. 1. vocabulum אֲשֶׁרִי inquit Homini non salute sed multis opus est. Sic etiam vox שָׁלוֹם, pro quo Rabini שְׁלוֹם utuntur, non solam pacem externam sed & prosperitatem innuit quamcunq; Unde Judæi sibi invicem obviantes לֵךְ שְׁלוֹם omnia fausta ac prospera apprecantur Et sicuti gloria Templi illius non in externo splendore, opibus & magnificentia, sed in gloriosa præsentia Messie utpote Regis Cælestis & Spiritualis debebat consistere; ita quoq; promittit Deus non tam corporalem quam spirituales pacem, quæ inimicitia, inter Deum & homines, inter homines & Diabolos auferri debebat. Exemplo sit nobis votum Davidis qui Ps. XIV. v. ult. sic orat מִי יִתֵּן מַצִּיּוֹן יִשְׁעֵת יִשְׂרָאֵל בְּשׁוּב : יהוה שִׁבֹת עִמּוֹ : Quis dabit ex Sion salutem Israel, incon-

inconvertendo Dominus captivitatem populi sui, exultabit Jacob, letabitur Israel. Hic certe non exoptat David tam corporalem quam Spiritualem liberationem, tunc temporis enim Gens Israelitica nondum erat in captivitatem abducta. Et quamvis *Abarbenel* regerere velit, Davidem respexisse captivitatem populi post sua tempora futuram, quam ut Propheta prævidit eandemq; cum liberatione tandem secuturam prædixit: Respondere possum, nil fere hujus vaticinii cum liberatione convenire 1. Enim non venit auxilium captivis ex Zion sed a regibus Persiæ 2. in liberatione Populi ex Babylonica captivitate non admodum lætati sunt, nam uterque & *Nebemias* & *Esdras* testatur, clangorem tubarum præ magno fletu & ejulatu exaudiri non potuisse. Clarum ergo est, promissionem istam, & *dabo pacem*, non tam corporalem pacem respexisse, (sic enim eventus, optimus prophetiæ interpres verbo & promissioni divinæ non respondisset;) sed Spiritualem potius attendisse, quæ per Mesiam pro pace nostra castigatam *Esf. 6.* Pro peccatis mundi percussam C. LIII, comparanda erat, ut restaurata justitia pacem & gratiam apud Deum haberemus.

§. XXXV. 3. Licet *Abarbenel* de pace externa intellectum velit vocabulum  distinguo inter pacis promissionem divinam, & pacis promissionis rejectionem a Judæis factam, seu inter promissiones divinas conditionatas & absolutas. Promisit Deus & tempore adventus Mesiam nostri Judæis pacem externam, attamen cum hæc conditione, ni ipsi eam rejicerent, si jam pacem reverenter suscepissent, sine omni dubio etiam tempora pacatissima fuissent. Promiserat Deus Lev. 26. Judæis v. 4. 6. 7. *Dabo pacem terra vestra, dormietis & nemo terreat vos, Hostes vestros propulsabitis V ex vobis prosternent C. & C. vestrum profligabunt Myriadem.* Hæc verò non obtigerunt Judæis & demortuis & adhuc viventibus, hinc ergò, ut R. *Abarbenel* contra nos, ita ego contra ipsum concludo. Ergo *Abarbenelis conterranei* non erunt *Populus Dei Benedictus* uti gloriantur, nec *Abarbenel* in foedere cum Deo erit, quod certe agrè feret & recurret ad limitationem seu conditionem, quam Deus mox a principio captivati posuit; si sc. *in statutis meis ambulaveritis* Ejusdem & hic meminisse debebat, similitum enim similis est conditio.

§. XXXIV. IV. & ultimum quod Rabbi noster addit hi-
 sce complectitur : שלום אשר יעיד אליו הני הוא שלום :
 אשר יערו הנביאים לימות המשיח בקץ גלותנו ואין ענינו
 אלא שלא יהיה אחריו מ' מלחמה בכל הארץ לפי שמתפן
 הדעות כולם באמונת השם' וכאשר לא יהיה ביניהם
 : שונרי : Pax de qua testificatur Haggæus ; est pax de
 qua testificati sunt Prophetæ in diebus Messie in fine exilii nostri,
 & nullus alius sensus est ; quam non futurum postea bellum in
 univèrsa terra propterea quoniam convertent se populi omnes ad
 fidem Sancti Benedicti & propterea non erunt ipsis religionis di-
 verse. Gratis hæc dicuntur, verum quidem est ; Haggæum
 & reliquos Prophetas de temporibus Messie loqui, sed sic, ut A-
 barbenel facit, explicandos esse, falsum est, Nullibi enim nec ul-
 lus Propheta dixit tempore Messie bella nulla futura. Nec est
 quod objicere posset, bella & tumultus civiles seu politicos tol-
 lere unitatem religionis, Angli & Belgæ quibus cædibus se invi-
 cem non sunt prosequuti ? nec tamen religione inter sese dissen-
 tiunt. Reges Hispaniarum & Galie quantis bellis se ipsos fa-
 tigarint, cuius noto notius est. De vera religione quid dicam ?
 nonne inter Benjamitas & reliquas tribus Judaicas erat unitas ve-
 re religionis tum temporis ? & tamen non cohibuere manus a
 sanguine fratrum, Israelitarum enim a Benjamitis *Quadranta*
millia, Benjamitarum autem ab Israelitis viginti quinque
 millia & centum viri in unico tumultu periire, reliqua lubens
 prætereo. Imo ipse Abarbenel fatetur, quod bella & calami-
 tates temporibus Messie sint futurae ; *audiverunt enim Christi-*
ani a Judæis, quod gravissima sint in orbe futura calamitates tem-
pore Messie, inquit Comment. in Daniel: citat ante D. D. Christi-
ani in tractatu de Messia p. m. 71. Nullibi quoque dicitur tem-
 poribus Messie non futuras diversas religiones, confer axioma
 Talmudicum repetitum in *Beth. Israel. fol. 50.* ubi legitur ; *Re-*
gnum Messie obruetur hæreticis opinionibus. Præterea Omnes Po-
 pulos ad *Judaismum*, (quod Abarbenel hic intendit,) con-
 vertendos esse, falsum est. Conversio Populorum ad Messiam qui-
 dem sapissimè prædicatur, sed ad *Judaismum* nullibi Facilius de-
 monstrare possum *Judaos unà cum Gentibus* convertendos esse.

Ef.

Es. C. XLIX, 6. dicitur Parum mihi est ut sis servus meus ad susci-
tandas tribus Jacob, & feces Israel convertendas. Ecce dedi te in
lucem Gentium, ut sis salus usque ad extremum terra. Hinc infe-
ro: Si gentes Judæi & simul convertendi sunt, gentes non pote-
runt ad Judaismum converti. Sed verum prius E. & posterius.
Necesse est ergo ut ad aliam quam Judaicam religionem addu-
cantur, quod factum est, quando ex omnibus nationibus & gen-
tibus imo & Judæis quam plurimi ad Mesiam nostrum JESUM
Christum benedictum in omnia secula, conversi sunt. Ex ho-
dierna praxi contra Abarbenelem quam optimè inferre licet,
hoc modo: Si à temporibus nati nostri salvatoris & adhuc hodie
Judæorum quam plurimi ad Christianismum convertuntur, &
non è contra Christiani ad Judaismum, sequetur Judæos ad Chri-
stianismum convertendos esse, Verum autem prius est, quod
nemini non notum est E. quot enim hactenus ad castra ad no-
stra transferunt, quot adhuc transeunt? Ne verò objicere possit,
Abarbenel, eos saltem esse de fece Vulgi, suos verò כמנין
non, repono, & sapientiores eorum hoc factitasse, quot enim
Profesores ex Rabbiorum numero habuimus? Extat Autor
Batavicus quidam, qui refert Hieronymum de Sancta Fide, con-
versum Judæum & Benedicti XIII. Medicum, A. C. 1414. librum
de Messia recitasse, & contra Talmud ejusq; errores in Magno
tam Christianorum quam Judæorum cœtu, perorasse, indeque in
Hispania integras synagogas una die & vice ad 5000. Judæorum
sacro fonte abluta esse, & Christianismo subscripsisse. An verò
universalis Judæorum conversio ad Christianismum ante con-
summationem seculorum expectanda sit, jam non disputo. No-
vorum quidem opinio hæc est, nostrates verò quam maximè
dubitant, moti 4. rationibus I. Odio quo conversi Judæi a suis
premuntur quotidianis enim precationibus contra eos sic orant
: ולמלשינים אל תהי תקוה Et delatoribus vel proditoribus
ne sit ulla spes Vid. Buxtorff. Lex. Rabb. Talm. col. 1162. & 2242.
II. Idololatria Ecclesiæ Romanæ ex qua totum æstimant Christi-
anismum Abarbenel enim l. d. cap. fidei cap. 12. inquit, Hac sen-
tentia de invocatione intercessorum & patronorum apud Deum su-
perstes permansit in manibus hominum, atq; etiamnum hodie ma-
nifesto

manifesto apparet in fide Nazarenorum sive Christianorum: Nos vero non sic judicamus, sed preces nostras ad Deum nostrum dirigimus, semper eum invocamus. Hinc Pontificiorum Tempia appellare solent בית התרופה Domum turpitudinis. III. Nimia confidentia quam tum in promissionibus, Majoribus suis factis, tum in eorundem meritis & successione collocant, IV. Maledictione triplici præcipue, tum generali *Deut. XXVIII, 25.* tum proprio voto attracta *Matth. XXVII, 25.* tum Christi *Pf. LXIX, 24. CIX, 17.* E. contra monstret *Abarbenel Christianos tot, ac tanta copia circumcissionem sensisse & ad partes Judæorum transiisse, quod nunquam poterit.* Evanida ergo sunt Abarbenelis & complicum argumenta, de quibus verum est quod Spiritus Dei pronuntiavit, *Aures habent & non audiunt &c.* Legitur Judæos magno morbo decumbentes nomen suum quod antea habebant una cum loco mutare, novumque adsciscere quod deinde per totam vitam retinent, quo facto mutationem simul morbi vel ad vitam vel ad mortem, statuunt recensetur ab illis hæc mutatio nominis inter signa poenitentia, qua decumbens testatur ac vovet, se unà cum nomine vitam & actiones suas in melius commutare velle, ita ut plane alius ac novus homo videatur. Legitur de hac in *Tractatu Talmudico ראש השנה* fol. 16. col. 1.

אמר יצחק ר' דברים מקרעין גזר דין של אדם אלו הן צדקה צעקה שינוי המעשה צדקה רכתיב וצדקה תציל ממות צדקה רכתיב ויצעקו אל יי פצר להם ומצוק ותיחם ויציאם שינוי השם רכתיב שרי אשתך לא ת תקרא את שמה שרי כי שרה שמת ובתיב וברכתי אותה וגם נתתי ממנה לך בן שינוי מעשה רכתיב וירא האלהים את מעשיהם ובתיב וינחם האלהים על הרע אשר דבר לעשות לה ולא עשה ויש אומרים אף שינוי מקום רכתיב ויאמר יי אל אכרם לך והדר מארצן ואעשך לגוי גדור:

Dixit R. Isaac, quatuor res rescivunt Sententiam judicalem hominis, Elemosyna, Vociferatio, & mutatio nominis, & mutatio operum. Elemosyna sicut scriptum est; Et Elemosyna liberat à morte. Vociferatio sicut scriptum est, Et vociferati sunt ad Dominum in oppressione suà & ex angustiis ipsorum eduxit ipsos. Mutatio nominis sicut scriptum est; Sarai uxor tua, non

vocabitur amplius nomen ejus Sarai, sed Sarahi erit nomen ejus, & mox & benedico ei, quin etiam dabo tibi filium ex ea. *Mutatio operum sicut scriptum est*, Et vidit Deus opera eorum, item Et poenituit Deum super malo, quod locutus erat faciendum & non fecit. *Quidam addunt etiam mutationem loci secundum id quod scriptum est* Et dixit Dominus ad Abraham ita tibi ex terra tua, *Iterum* Et faciam te ingentem magnam. Idem fere scribit *Rambam in libr. jud. in Halachos thescubbab.* Eleemosynas quidem non improbamus, vitam æternam seu abscissionem a Judicio verò non merentur, tria tamen posteriora poenitentiae Judaicæ membra & R. Abarbeneli & R. Lipmano ex animo precantur: *Nominis mutationem* ut pro Judæo & hoste Christi Jesu, Christianos se profiteantur. 2. *Operum mutationem*, amplius Messiam nostrum blasphemias afficiant sed potius nobiscum laudent 3. *Vociferationem & ex loco commigrationem* ut peccata hæcenus peracta doleant, & ut sibi remittantur ardentem orent; ex Synagoga tenebrarum exeant & in palæstram Christi transeant. Nos merito Salvatori nostri gloria templi secundi gloriosissimo ex *Es. VI.*

accimimus

יִצְמַחֵךְ פּפּפּ

Ad DN. MUNDINUM Amicum suum.

השם רכבו עש וכיכבים
 יתן לך הן ראשך מרים
 כה אמר דרש
 שלומך בני די

Joh. Ad. Scherker / PP. & p. t. Acad. Lipf. Rector.

Egregios profers fructus, *Mundine* laboris
 Ebræi divo macte labore tuo.
 Approbo, & applaudit mecum *Philuræa* Juventus,
 Atque ait: hic qualis quisque futurus erit?
 Macte labore tuo, vires det summus Jova,
 Quo coeptum studii currere possit iter.

DANIEL HEINRICI D. P. P. Consistorialis &
 p. t. Decanus. Mun-

Mundine, Peitibus ardue Interpres Sacra,
Cordisque portio mei suavissima;
Quam suavis est stilus tuus quamque arduus,
Qui verba lingua purus exprimit sua,
Splendoris amulus sacri, quò propria
Superbiebat in domo Solyma, Deus,
Deus ipse, templi conditor prudens sui!
Et fallor? ipse Te suam Deus domum
Extruxit, & lingua locutus hic sua,
Descripsit, ore jam tuo, templi decus,
Habitare quale Numine expetat suo?
Tam suavis est stilus tuus, tamque arduus,
Oportio cordis mei dulcissima,
Mundine, Peitibusq; ardue interpres sacra!

Clarifs. Dno. Autori, Amico
Exoptatissimo f.

M. V. ALBERTI, Silef. Colleg. B. M.
Virg. Collegiatus.

F I N I S.



EO - Beg 2002

01 A 6739

ULB Halle
003 096 890
ULB Sachsen-Anhalt
Ausschieden
Datum: 2008



Sb.

D.

Reh.

41

J.H.





שני
תורה
DISSERTATIO
THEOL
D
GLORIA
SEC

In qua ex
Orthodoxa sententia proponitur
a R. LIPMANNI & R. ABARE
tur, erronea autem

CASPAREM GOTTF
SS. Theol. S
Anno

7 B
Typis PAVLI

